

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Jonstoni Historia Naturalis**

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm||  
Qvadrupedvm

**Jonston, Jan**

**Heilbrunna, MDCCLV.**

**VD18 90528808**

Caput VII. De Chamaeleonte.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10966**

## De Chamaeleonte.

Ambrofin.  
de Digit.  
quadrup.  
l.1. c. 14.  
*Nomen.*

*Descriptio.*  
Plin. H.N.  
l.8. c. 33.

Arist. Hist.  
A.1.7. c. 11  
Theophr.  
de mutan-  
tib. colo-  
rem.

**D**e Chamaeleontis ethymo, quae vox parvum leonem significat, nihil occurrit, praeter hoc, ridiculum nimis esse Isidorum, qui a camelo et leone dedit, et recentiores Barbaros, Gamaleonem, Zamaleonem, Hamaleonem, et Maleonem eundem vocare. In *descriptione* variant auctores, tam antiqui, quam recentiores. Plinium si sequimur, figura et magnitudine esset lacertae, nisi *crura* essent erecta et excelsiora. *Latera* ventri iunguntur, ut piscibus, et spina simil modo. Eminet *rostrum*, ut in porco haud absimile suillo, *cauda* paelonga in tenuitatem definens, et implicans se viperinis orbibus, *ungues* adunci, *corpus* asperum cœu crocodilo, *oculi* in recessu cavo, tenui discrimine praegrandes, et corpori concolores. *Caro* in capite et maxillis et ad commissuram caudæ admodum exigua, nec alibi toto corpore. *Sanguis* in corde et circa oculos tantum. Viscera sine splene. Idem fere apud Aristotelem invenies. Theophrastus addit, parum abesse, quin pulmo totum corpus impleat. Aristoteles vero, lacertam plane representare, et rostrum simiae porcariae habere. Ambrofinus ita hoc animal descripsit. Primitus inquit, si caput meditemur, a medio capite retrorsum ossea pars triquetra eminet, reliqua pars antrorsum colligitur cava, et quasi canalculata, eminentibus utrinque ossis marginibus asperis, et leviter ferratis. *Oculi* in cavo recessu praegrandes, et colori concolores conduntur, cuius pupilla non movetur, sed animal totius oculi motu circumspicit, ore semper hiante, linguam habet longam et terrestri lumbrico similem, in cuius extremitate spongiosus quidam et glutinosus nodus existit. Ideo Iohannes Laudius, referente Scaligero, huic animali adsignat linguam palmi longitudine, et quid tamquam

acetabulum in summa ipsius parte cum muco, quo praedam cito tollit. *Dentium* et *gingivarum* loco, os quoddam continuum et ferratum habet, necnon superius labium brevius. *Gula* atque *arteria* ex mente Aristotelis in eodem situ, ut in lacerta est. *Pulmo* in comparatione ad molem corporis illi inest maximus. *Cor* habet magnitudine cordis muris domestici, *hepatis* lobos duos, quorum sinistri est maior, *folliculus fellis* granum hordeaceum aemulans, sinistro iecoris lobo adhaeret. Deinde *intestina* omnia interaneis lacertae sinulia esse prodit Aristoteles. *Crura* postea illi insunt recta et longiora, quam lacertae, quamvis inflexus sit similis. Demum pedes anteriores a posterioribus valde discrepantes Natura huic animali concessit. Etenim teste Bellonio, priores pedes ternos digitos intra, binos extra, posteriores vero ternos extra et binos extra possident. Itaque ex Gesnero longitudo huius animalis a summo rostro ad initium caudæ septem, vel octo digitorum est. Altitudo digitorum quinque, medius locus inter imum ventrem, et summum dorsum flexus costarum continet circiter sedecim. Et demum maculis distinctus, ut pardus conspicitur. At paullo alter de quibusdam *Gaffendus*. Sunt enim secundum hunc Chamaleoni dentes eleganter dispositi. Unicum *intestinum* non circumvolutionibus, sed curvaturis solum productum. *Excrementum* satis liquidum, nisi qua parte ad anum accedit. *Hepar* bifidum, et ex gibba parte quidem sanguinem in cor auriculatum infundens, at non superstite ascendentē descendente caudice venae, quippe aliunde non porta modo nuncupata, in intestinum, sed venae quoque aliae, ad caeteras partes directe procedunt. *Pulmo* inflatus abiit, inquit, in membranam tenuissimam, toti anima-


Gaffend.  
in vita Pei-  
refcii l. 5.  
p. 325.

*Chamæleon Cinereus Verus*

Tab: LXXIX



*Chamæleon*




*Crocodilus Crocodyll*



*Laudiuerba*





Lacu

Ecllo  
serv.  
c. 34  
Cibus  
Plin.  
l. 8. 1

H. 11  
333

Gener

Anili

*Locus.* nimali ambitu aequalem. In *imo ventre* nullum peritoneum, sed membrana solum partes dextras a sinistris dirimens. Non item *lien*, non *vesica*, non *renes*, sed carunculae solum observatae sunt, quae genitalia forte fuerunt. *Lingua* est pedalis prope longitudinis. Habentur in Asia, Africa, India et Madagascar insula. Cairi hortorum sepibus ad Nili ripas insident. Per solum raro vagantur, quod sibia cerasitis et *viperis* metuant. Bellonius in frutis serv. l. 2. c. 34. *Cibus.* Aere vicitare credidere veteres, mu- Plin. H.N. scas, locustas, erucas, scarabaeos l. 8. c. 33. vorare observatum a recentioribus, a Peirescio vermiculis, qui ex farinaceis mactris colliguntur, vehementer delectari. Lingua ut promiscide utuntur, quam iaculi instar evibrant, et tanta quidem celeritate, ut pene visus aciem effugiat. Id prae- statatur, addit Gassendus beneficio ossiculi, quod bifurcatione quadam implantatur utrinque ad extremas fauces, et caetera teres secundum oris longitudinem, deservit impli- candae explicandaeque linguae, ca- vae scilicet, intestini instar, nisi quod in summo caruncula est, nonnihil viscida, ut praedam corripiat. In foemina una ex illis octo, quas Peirescius aluit, ut formationem eru- ptionemque observaret, fuere ova intra membranulam supra centum, quorum nonnulla extitere magnitudine nuclei olivae, in quibus visum luteum solum, nihil vero albuminis, cum tamen parva viderentur quan- *Antipathia.* dam lactis speciem referre. *Inimici- tias* gerunt cum *accipitre*, *corvo*, *elephante*, et *viperis*. *Accipiter* de- gustata Chamaeleontis carne interire creditur. Idem *corvo* accedit, nisi se lauri foliis muniatur. Ab *elephante* frondibus concolorem deglutiri fabulatur Solinus, et cum dispendio vitae, nisi statim oleastro sibi mede- atur. Metu viperarum et serpentum, in fruticibus et arboribus degit. Sa- liva eius ab ore in caput serpentis de- missa, ob viscositatem filii instar, eudem interimit. Circa caprificos

ferum, innoxium alioqui Plinius fa- cit. *Naturam* et quaedam alia si at- tendas, nunquam os aperit, inquit Plinius, sed totius oculi versione cir- cumspicit. Ipse celsus, hianti sem- per ore. Defuncto pallor est. Hi- bernalis mensibus latet, ut lacertae. Coloris natura mirabilior. Mutat namque eum subinde et oculis, et cauda, et toto corpore, reddit- que semper, quemcunque proxime attingit, praeter rubrum candidum- que. De pallore idem Ambrosinus affirmat, et quidem experientiae innexus. De coloris mutatione ad- dit, et candidum recipere, adducto viri nobilis testimonio, qui sudario seu muccinio inclusum, ideo periisse putabat, quod eiusdem albedinem mentiretur. At Peirescii Chamae- leontes rerum obiectarum colores non inducebant. Seu virides, seu cinerei sint, inquit Gassendus, atro- rem solum quandam subeunt, qua parte ad solem aut ignem obvertun- tur. Id rarum et admirabile, non moveri oculos Chamaeleontis con- ingatos, sed uno aliquorsum spe- stante, reliquum vel stare immotum, vel in aliam partem deflecti. Defle- tuntur quoquo versum, propter quatuor trochleolas, nulla ostenta- ta distinctione iridis, sed sola pupilla, ad quam cornea undique, cum sit ut corpus reliquum radiata, varie- gata, granulata terminatur. In colis Cochinchinae in cibis esse au- tor relationis illius prodidit. Mul- ti simul colligati venduntur, emti in ignem coniiciuntur, eidemque ita vinculo adusto reluctantur, ut ince- dere conentur, tandem superati tor- rentur. Pelle abrasa, caro candi- diffima remanet, quae in liquore bu- tyro nostro simili coquitur. Habet et in medicina usum. Ad epilepsiam *Vitus in Me- dicina.* profligandam Trallianus eum in fi- aili novo cum oleo decoquit, donec tabescat. Ad podagram vero depel- lendum, unguentum mirabile com- ponit, quod apud ipsum vide. Ar- noldus Villanova *lingua* super ob- liviosum suspensa, memoriam reddit. Alii ad evitanda puerperii pericula *C. 2.* *eandem*

candem alligant. Marcellus hypo-  
chymata felle tollit. *Cor* Plinius  
contra quartanam in lana nigra pri-  
mae tonsurae involvit. Decoctum  
Chamaeleontis viridi colore in bal-  
neo aspersos inficere, caput et gut-  
tura, lignis quernis adusta, imbris  
et tonitrua ciere; lingua cum radi-  
ce herbae chamaeleontis et cyno-  
glossae homines obmutescere cogi,  
*hepar* amatoria dissolvere, *intestina*  
et excrementa cum simiarum urina  
mixta, odium horinibus concilia-  
re, si ianuis illinantur, armum  
dextrum ad hostes superandos va-

lere, Democriti apud Plinium sunt  
ineptiae. Integrum enim de eo <sup>M.H.N.</sup> scripsit librum. Palamque est, *addit.* <sup>1.28. c. 8.</sup> *Plinius*, virum alias sagacem et vi-  
tae utilissimum, nimio iuvandi mor-  
tales studio prolapsum. Quantum  
ad *differentias*, Bellonius varias eius *Differen-*  
*species* observavit. Pallentes in *tiae.*  
*Aegypto*, in Arabia praedictis mul-  
to minores colorisque diversi. Al-  
bicantes erant, subfulvi, et ruben-  
tibus maculis distincti. Nos hic  
pallidi, nigri et varii icones  
damus.

## C A P U T VIII.

*De Crocodilo.*

Nomen.

**D**e Crocodilo hic agimus, quia  
ad lacertorum genus refertur,  
et Palladius hanc bestiam, generis  
vocabulo *lacertum* adpellat. Grae-  
cis dicitur *κροκόδειλος*, et quando-  
que *κρηνόδειλος*, a quibus et Latini  
sumfere sine dubio, *παρὰ τὸ ταῦ*  
*κρόνας φοῖστος*, quod littora ti-  
meat. *Δειλὸς* Graecis timidus. He-  
sychius *τύλην* et *δεμάργην* vocat.  
*Aegyptii καρυψάν*, vel *χαμύψαν*, a  
quo Turcarum Kimfac, quod ei-  
dem indidere. Lexicon Aegyptia-  
cum Kircheri habet *πιχαρωνι*. Sta-  
tio est fera Pharia, Alberto Tenchea.  
In Arsinoitica praefectura, teste  
Strabone dicebatur Suchus, Indis  
*Descriptio* Cayman. Lacertae figuram repre-  
sentat. Croceo est colore, ventrem  
si excipias, qui subalbidus. *Corium*  
sub ventre molle, ut facile fauciari  
possit, in reliquis partibus tam du-  
rum, ut ne bombardae manuariae  
globo cedat. Visus ad viginti quin-  
que, immo viginti sex cubitos ex-  
crevisse. Ille aetate Psammetichi,  
teste Plutarcho; hic, Amasidis pro-  
dente Aeliano. Circa urbem Pan-  
am, ultra centum pedes in lon-  
gitudinem crescunt. *Caput* habet  
latum, *rostrum* suillum, rictum oris  
usque ad locum aurum productum,  
*oculos* praeduros et suillis similes, ut  
Albertus prodidit. *Palpebram* infe-  
riorem sine ulla nictatione. *Den-*

*tium* series pectinatum stipatur, et  
quidem magnorum, albicanum,  
robustissimorum. Sexaginta post  
Aelianum Gesnerus numeravit, Plu-  
res superiore maxillam muniti-  
deorsum prominent, ita, ut ore etiam  
clauso conspiciantur. *Lingua* quia  
indiscreta, non mirum Plinium post  
Diodorum Siculum scripsisse, *unum*  
*hoc animal terrestre linguae usu caret*.  
Unum superiore mobili maxilla. *Lien*  
est parvus. *Testes* internis lumbis  
adhaerent. *Spina* sexaginta verte-  
bris, quas totidem nervi colligant,  
constat. *Crura* cum pedibus acutis-  
simis unguibus armatis in latera pa-  
rum fleuntur. *Cauda* longitudine  
reliquum corpus aequat. Gesnerus  
in ea pinnam per septem digitos ad  
postremam usque partem observa-  
vit. Primus quinque Crocodilos Ro-  
mae, Aedilitatis suae ludis, M. Scäu-  
rus temporario Euripo ostendit. In-  
veniuntur in Africa, Asia, et Ame-  
rica. In Nilo in primis et vicinis  
ipsi stagnis, Nigro fluvio, Gange  
circa Bengalam, in Bamboto flu-  
mine iuxta Atlantem, quod Soli-  
nus prodidit, non longe a Chalce-  
done, sed parvi, quod Strabo,  
Acosta aquis in America calidis  
delectati scripsit, sed in Peru-  
na usque ad Pacram non inveniri,  
inde frequentissimos esse. Qui-  
dam luto vivere dixerunt, sed re-  
vera

Kircher.  
p. 172.  
Linguæ  
Aegypt.  
restituta.  
Descriptio  
Cayman.  
Aristot. H.  
sentat.  
A. 1. 2. c.  
ult.

Aelian. H.  
A. 1. 17. c. 6

Albertus

Plin. H. N.

L. 8. c. 25.

L. 8. c. 25.